Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26908
Copyright: Admont, Benediktinerstift



aut que gemma. que mi tranquillitio uoluntatem. Hanc ꝓpositionem adam simulitudiem
contulisti. Tranquillus resp. Ut ostenderem tibi unum deum inuisibile nos colere
et adorare. Aurum est corpus hominis. gemma uero anima que in pore inclusa est
Corpus etenim et anima unum hominem faciunt. quorum aurum et gemma unum
anulum facere conpatiunt. Si; quantulus tibi paosie sit anulus. longe satis homo
paosie est centuplum in po. Tu misisti seruos tuos. ut anulum de sordibus eriperent
nulla ratione eum eruere ualuerunt. misit et ipse suos deus de celo loquens
ad eos ut humanum genus a sordibus huius mundi eriperent. et nulla omnino hoc
instancia potuerunt. Tu deposuisti aurata uestimenta. et seruili indumento indutus
descendisti in cloacam. et manus tuas misisti in sordes. ut anulum de sordibus
ubares. tua et xpi maiestas. exuit se diuinitatis sue splendore. et induit se seruile
indumentum. et huc in cloacam. huius mundi descendens. misit manus suas in sordi
bus passionum mearum. et passionem que nostris nisi debebatur suscipiens. et nos
suos. suosque reddidit. Nunc qui per incredulitatem uoluntatem in squaloribus mundi
per fidem abluti a sordibus diuinis sumus manibus utamur. ut ille tuus anulus sibi
restituatur. Numquid serui qui te negauerunt dominum suum. dum te in habitu
seruili respicerent. ut rebellem non potuerunt occidi. tu et qui negant xpm dominum
suum. per hoc quod semetipm amaiestate exinanuit. et formam serui suscepit
nullatenus potuer eterni ignis penas euadere. Ideo denique nobis qui in eum ecclesie
mus eterni fontis unda subuenit. ut eternus ignis a beterno fonte in eternum
et extinguatur. et infidelitas a fidelitate superetur. Prefectus dixit. Ut uideo ne ut
filios tuos a hac intentione uolueris poposcisse. per aris inductias. Si; ut has simi
les fabulas ad nra tribunalia. meditatas afferres. Tranquillus dixit. Non meditatur
discipuli xpi. quid in conspectu iudicum. per sequantur. Sic enim monet
nos dns dicens. Quando potestatibus huius mundi nos causa mei nominis
traduent. nolite cogitare quorum aut quid loquamini. Dabit enim uobis
illa hora diuinitus quid dicatis. Non enim ego meditando. Si; credendo in me
ne catorem meum. et qui eram podagrico et cyragrico dolore constrictus et
membra.
quassatus. statim ut xpo credidi. ac si puerulus omnium mearum recepi sani
tatem. Constat ergo apud animum meum. ipm me creasse. qui me uenena
re dignatus est. et sicut restauationem dedit corpori meo. ita quoque anime
post uitam unitam. regnum eternam requiem possidere. Si tamen non dubi
nec timidus hominum terroribus frangar. si meus nominis confessione per du
rans. fidem integram. quam me deus inuenire fecit conseruem. Prefectus dixit
ignoras tranquillime. quanta inuictissimique principum ergo xpianos ira
deseuiat. et ideo quasi securus qd tibi uidetur. sine timore. prosequeris. Tran